

Caspar Matthäus Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Caspar Matth. Müller, I.U.D.  
Et Moral. P. P. Ad Exequias Quas Filiolo Lectissimo Joachimo Alberto Kleinio  
Parentes Moestissimi Hodie Parant, Cohonestandas Omnes Omnium ordinum  
Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus A. 1700. d. 8.  
Febr.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1700]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771558279>

Druck    Freier  Zugang



Müller, C. M.,

in J. A. Klein.

R. 1700.







PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
<sup>2VO</sup>  
**CASPAR MATTH.**

MÜLLER,

J. U. D. ET MORAL. P. P.

AD EXEQVIAS

QVAS

FILIOLO LEGTISSIMO

**JOACHIMO AL-**

**BERTO KLEINIO**

PARENTES MOESTISSIMI HODIE PARANT,  
COHONESTANDAS

*Omnis Omnia, ordinum, Cives Academicos officiose & amanter invitati.*



Rostochi,  
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ, Typogr.



Ominem ob ex-  
celsam conditionem  
& præclara cum corporis  
tum animi bona , qvibus cu-  
mulate DEUS OPTIMUS  
MAXIMUS ipsum beavit ,  
longè cæteris præstare ani-  
mantibus , ut inde animal  
longè nobilissimum & ma-  
gnum hujus mundi miracu-  
lum vocari non immerito possit , nemo sanæ mentis  
facile diffiteri potest . Si enim paulo altius & ab ipsis  
originis suæ primordiis eum contemplari animum  
inducimus , tanta ejus præstantia , ut veteres , qvoties-  
cunque ad hanc se applicarunt meditationem , homi-  
nem nec admirari fatis , nec pro meritis extollere  
potuerint . A sapientissimis Ægyptiorum eum ad-  
mirandum animal appellatum fuisse , memoriae pro-  
di um

ditum est: ab aliis miraculorum miraculum, μηνο-  
κότμη, ac Compendium hujus universi, item Rex &  
Caput omnium visibilium Creaturarum: Qvam con-  
decentem & erectam ei natura tribuit corporis statu-  
ram? de qvo Poëtarum felicissimus:

*Pronaq̄ cum spectent animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri  
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Quid caput in vertebris suis mobile? Quid oculi  
crystallini altumque petentes? Manus & pedes agi-  
les? Omnia membra in mutuum adjutorium apta  
& nexa? Verba deficiunt in exteriore illa corpo-  
ris formâ describenda. Quid de interioribus animi  
dotibus dicendum? Qvæ mens illa nostra? quam  
celeris in eâ cogitatio momentô citius omnia percur-  
rens? Hâc qvicq; id est in universitate rerum perlu-  
strare, omnia contemplari, amplissimum hoc am-  
phiteatrum, & qvicq; id in eo est, concipere possu-  
mus. Si ad pristinum illum hominis statum, in  
qvo primitus à DEO constitutus est, respicere liceret,  
singularibus, ac planè excellentissimis ille donis, si-  
cuit nos antiquissimus ac divinitus inspiratus ille re-  
rum scriptor Moës hac de re edocet, fuit instruētus  
ac ornatus: In ipsius intellectu sicut alterum solis  
lumen, emicuit præclarus ille fulgor divinæ sapientiæ  
& veritatis, & in voluntate candor justitiæ ac sancti-  
tatis, ita ut jure meritoq; ad imaginem DEI conditus di-  
ci potuerit. Statum hunc longè felicissimum, qvem  
alias statum integritatis ac innocentiae dicimus, à tergo

(ut

(ut alia nunc non attingam bona) comitabatur immortalitas, ut perpetue homo vitæ usu frui, & tandem suo tempore terrenam hanc vitam cum illa cœlesti omnium omnino dolorum expers commutare potuisset. Annon verò hæc est insignis hominum præstania? permagna hominum felicitas? Est quidem, fatetur qvilibet; Superesse verò, eaqve integrâ & salvâ uti licere qvilibet, credo, totô exoptat pectore; Sed minus brevis fuit proh dolor! hic innocentiae & integritatis status. Utinam aut minor Diaboli invidia, serpentisqve calliditas, aut major Adami erga DEUM obedientia, ac divini mandati ruminatio fuisset, sic felicitate illâ, in qvâ collocatus erat, non excidisset; At prævaluit Satanæ odium, prævaluit præcox honorum ambitio, prævaluit inobedientia & prævaricatio. Lapsus est primus homo. Vah! lapsus est, & omnem posteritatem in eandem secum pertraxit calamitatem & miseriam, adeò ut homine sicut antè eo nihil fuit felicius, nunc vix qvid miseriū sit & infelicius: Amisit miser imaginem divinam concreatam, amisit immortalitatem: Hæc est certissima illa origo mortis & omnis miseriae humanæ, lapsus sc. primorum Parentum. Ita hac de re edocemur ab ipso Spiritu S. Rom. 5. v. 12. sc. per unum hominem peccatum in mundum introiisse & per peccatum mortem, & sic in omnes homines mortem transiisse. Hem! qvorsum abierunt res nostræ? deperdita est planè primi hominis excellentia, ex immortalibus mortales facti sumus: adeò ut inevitabilis nobis nunc incumbat moriendi necessitas. Vita nostra ho-  
die

die est brevis, est misera: Nubeculae instar citò dissolvitur: Nive citius dilabitur: *Brevis*, inquit Cicero, nobis vita data est, at memoria bene reddit & vita sempiterna, quae si non esset longior, quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriamque contenderet? & alibi idem ait, an id exploratum cuiquam potest esse, quomodo se habitum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam. Qvod Venusinus ille vates ita exprimit:

*Qvis seit an adjiciant hodierna crastina summa  
Tempora Di superi & Virgilius:  
Stat sna cinq, dies, breve & irreparabile tempus  
Omnibus est vita*

Sed quid ab Ethniciis hujus rei petuntur testimonia: ex ipsâ Scriptura Sacra satis de eo instituti sumus; Ventus est vita nostra, transit sicut nubes, transit velocius, quam à Textore tela succiditur Job. 7. 6. 7: 9. Est umbra Job. 8. 9. transit velocius quam cursor Job. 9. 25. Hæc est hodie vita nostra, vix eo nomine digna. Sæpiissimè contingit, ut qui vix vitam sunt ingredi, eâ rursus egredi jubeantur, & vix hic se vixisse sentiant, quibus non datur suos, ex quibus nati sunt, novisse parentes, quos Manilius verè describit: *Nascentes morimur finisque ab origine pender.* Fata enim, quod Seneca habet, non servant ordinem inter senes & juvenes, sed quoscunque mors capit.

capit, rapit: Exemplō proh dolor! suo brevitatem vitæ  
comprobat Lectissimus Filiolus JOACHIMUS ALBER-  
TUS KLEIN qvi postqvam d. 22. Nov. a.p. natus d. 2.  
Febr. h. a. ex hâc vita decessit; Facile omnes creditis,  
G. O.O.H. magnam satis spem de parvulo qvamvis fi-  
lio, qvem per sacrum lavacrum Christo statim postqvam  
natus est, tradiderunt, concepisse, qvem nunc mortuum  
lagent, parentes mœstissimos: Luges hunc Filiolum tu-  
um VIR Prænobilitissime, Consultissime atq; Excellen-  
tissime DN. JOHANNES KLEIN J.U.D. & Professor  
Pandect: Celeberrime, Consistorii Ducalis Director Gra-  
vissime, Fautor, Collega atq; Compater æstimatissi-  
mè, nec minori tristitiâ affectam scio Matrem, qvem ho-  
die terræ mandamus, Filioli, Fœminam omnibus Se-  
xum hunc decorantibns virtutibus conspicuam HE.  
LENAM GERDES, & omni virtutum genere præ-  
ditam aviam paternam ANNAM Schmides / Ci-  
vis olim hic primarii filiam: Cæteri Majores, inter  
qvos avus Paternus, VIR Prænobilitissimus Con-  
sultissimus atq; Excellentissimus, DN. CHRISTI-  
ANUS KLEIN J.U. D. & in hac nostra Academia  
Institut: Profess: Celeberrimus, ut & Avus Maternus  
VIR itidem Prænobilitissimus. Consultissimus atq;  
Prudentissimus DN. MARTINUS CHRISTOPHO-  
RUS GERDES, J. U. D. & Consul. Gustroviensis,  
ac Dicasterii Ducalis Mecklenburgici Assessor gravis-  
simus: nec non Avia Materna Fœmina Nobilissima  
MARGARETHA de BROEMSEN, Generosi  
atq; Nobilissimi DN. ANDR. ALBERTI de  
BROEMSEN Patricii Lubecens. Gravissimi Proa-

vi filia jam sine luctu cœlestibus fruuntur gaudiis;  
Sed & vos qvi superstites estis Parentes, nolite lugere?  
Filiū amisitius, dicitis, qvis non lugeret? excitat  
sane dolorem, excitat luctum à natura inditus erga  
liberos amor parentum, qvorum illi qvafsi partes cen-  
sentur: est ille amor tam efficax, ut Bruta qvoque  
ejus tangantur sensu. Pelicano, dum pullis escam  
subministraturus proprio pectori rostrum infigit,  
nonnemo hanc epigraphem dedit; VISCERA, VI-  
SCERIBUS: & de Ciconia legitur, qvod cum pullis  
suis igne perire maluerit, qvam sola superesse, insi-  
gni eapropter Epigrammate laudata ab Hadr. Jun.  
qvod refert Dn. Becm. in Polit. Parall. c. 8. §. 3. si hoc  
in brutis, qvis nisi nominetenus tantum homo, non  
amaret natos? aut amissos non fleret? cum pu-  
tatva filii Josephi mors Jacobo nunciaretur, scissis  
vestimentis, facco tegebat corpus, nec solatium ad-  
mittere volebat Genel. c. 37. v. 34. Idem de Davide legi-  
tur, qvod luctu insigni mortem filii degeneris sit proce-  
cutus, ut alia nunc taceamus exempla: Sic est. id ope-  
ratur amor Parentum; qvare nec Vobis PAREN-  
TES Mœstissimi vitio verti poterit, ubi filium luge-  
tis amissum: ex morte Filiolæ Lectissimæ inflictum  
vulnus vix cicatricem duxerat, & En! refricat Mors  
Filioli: qvis non lugeret? Sed compescite dolorem; non  
amisistis Filiolum! Præmisistis. Quem cupitis, inveni-  
etis: brevis est mora: Discessit Filiolus Vester: Sed  
unde? ex mundo i. e. misericiarum valle, has commu-  
tavit cum æternis, infinitis & veris gaudiis, illis per-  
petuò fructurus, qvis invidet? non invidetis: Scio:  
dura

dura tantum, qvæ deploratis, videntur fata : sed viden-  
tur tantum. Ad sidera volvunt. Adversis irruentibus  
separatur à terra fidelis anima, & cælo fit proxima.  
ô dulcia fata : Imo DEUS qvando permittit aut facit  
ut in tribulatione aliquâ simus, etiam tunc misericors,  
est, non enim alimentum subtrahit, sed desiderium mo-  
vet: Nos interim C.O.O. H. gratissimum exhibebi-  
mus parenti mœstissimo officium, si, ubi hodie cor-  
pus terræ mandandum, freqventi præsentia deduci-  
ctionem ornaverimus, sic faciemus  
qvod officii à nobis exigit  
ratio.

P. P. Rostochii sub sigillo **RECTO**  
**RATUS A. 1700. d. 8. Febr.**

**Conventus fiet in æde Mariana ho-**  
**ra prima pomeridina,**







GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn771558279/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771558279/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn771558279/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771558279/phys_0016)

**DFG**

die est br̄evis, est misera: Nubculæ instar-  
tur: Nive citius dilabitur: *Brevis*, in  
nobis vita data est, at memoria bene-  
sempiterna, quæ si non esset longior, q-  
amens, qui maximis laboribus &  
summam laudem gloriamque contem-  
alibi idem ait, an id exploratum cuius  
esse, quomodo se habitum sit corpus  
ad annum, sed ad vesperam. Qvo-  
ille vates ita exprimit:

*Qvis scit an adjiciant hodierna cras  
Tempora Di superi  
Stat sua cuic dies, breve & irrepara-  
Omnibus est vita*

Sed quid ab Ethnicis hujus rei pe-  
monia: ex ipsâ Scriptura Sacra satis de ec-  
mus; Ventus est vita nostra, transit  
transit velocius, quam à Textore tela su-  
7.6.7: 9. Est umbra Job. 8. 9. transit ve-  
cursor Job. 9. 25. Hæc est hodie vita no-  
nomine digna. Sæpiissimè contingit, ut q-  
sunt ingressi, eâ rursus egredi jubeantur  
se vixisse sentiant, qvibus non datur suo-  
nati sunt, novisse parentes, qvos Ma-  
describit: *Nascentes morimur finisque ab-  
det. Fata enim, qvod Seneca habet, no-  
dinem inter senes & juvenes, sed qvoscu-*

